







10  
64  
SANCTISSIMO ADSPIRANTE  
SPIRITUM!

DE

SPIRITU,

IN MONTEGIGANTÆO SILESIIORUM,  
QUI VULGARINOMINE, Rubezahl NUNCU-  
PATUR, APPARENTE,

SUB

PRÆSIDIO

PRÆCELLENTISSIMI atq; PRÆCLARISSIMI

DN. M. SIMONIS FRIDERICI  
FRENTZELII,

Amplissimæ Facultatis Philosoph. Adjuncti meritis-  
simi, Præceptoris sui omnis observantiæ  
cultu colendi,

Verba factururus in publico

AUTOR & RESPONDENS

VALENTINUS VÖLCKERLINGIUS,

Brunsvicensis Saxo,

*Ad diem XII. Novembr. Anno M. DC. LXXIII.*

ATHENIS LEUCOREIS,

In Auditorio Majori.

---

Literis JOHANNIS BORCKARDI, Acad. Typogr.

*(Wittenberg)*



V I R O  
NOBILISSIMO . EXCELLENTISSIMO & EXPERIENTISSIMO  
DNO JOHANNI LECHHELIO,  
Medicinæ Doctori, & in Inclytâ Patriâ Practico longè  
celeberrimo, ibidemq̄, Duc. Eccl. Cathedral. ad S. Cyriaci  
Canonico gravissimo.

UT ET

REVERENDIS, CLARISSIMIS & DOCTISSIMIS  
DN. GEORGIO LUDOVICO Rahtgen/  
ET

DN. PETRO THEODORO Heerwegen/  
Ad Divum S. Magni in urbe Brunsvigâ Pastoribus,  
& Sacratissimi verbi DEI Ministris ut fidelissimis,  
ita meritissimis,

*Dominis Mecenatibus, Evergetis, studiorum & libera-  
lium artium Fautoribus & Promotoribus plus quam mille nominibus  
eternam de venerandis hoc levidense studiorum Academi-  
corum specimen disputatorium decla-  
raturus*

Gratitudinis indicium,  
Debiti honoris obsequium,  
Inserviendi studium,

Fideli manu,  
Sincero affectu,

Pio conatu,

Dicat, consecrat, donat

AUTOR & RESPONDENS

VALENTINUS VÖLCKERLINGIUS,  
Brunovicensis.





## PRÆLOQVIUM.



Sicuti omni spirituum à naturâ datum est, cunctorum ad eò sensuum subterfugere aciem, quum nulla intercedat proportio inter sensum cognoscentem, per organum objecti materialis tantum speciem sensilem recipiens, ac objectum spirituale, à quo nulla species sensilis sive imago ob immaterialitatem prodit, probante hæc fusius *Præcellentis: Dn. PRÆSIDE part. General. Pnev. Disput. III*: ita externarum operationum spirituum finitorum præstantissima ac clarissima est, *corporum assumptio*, quâ spiritus in materiâ sibi unitâ, sub sensuum cadit iudicium, habens se in ordine ad corpus assumptum, ad instar formæ assistentis, haud informantis. SPIRITUS ille, montes Riphæos, Silesiam inter ac Bohemiam sitos, potissimum incolens, hospes antiquissimus, & propter mirabiles, quas indies propemodum edit operationes, admirandus, ac sub portentoso RÛBENZALII, quo insignitur nomine, nemini non incolarum pariter & externorum notissimus, quas non subit formas? quas non humanis sensibus objicit sistitq; species? Probat has quotidianus penè usus, comprobant peregrinantes, referunt historiarum Conditores vetustiores pariter ac recentiores. Propriam sibi hanc fecit operam, relaturus in compendium, quicquid de spiritu hoc vel verbis vel literis ab aliis accepit M. JOH. PRÆTORIUS, *Lipsiensis in Demonologiâ suâ Rûbenzahlii Silesii*, nec non in *scripto peculiari*, cui titulus: *Satyrus Etymologicus, sive, der Reformirender und Inreformirender Rûbezahl*/aliisq; in locis promiscuè. Secernemus nos falsa à veris, quantum spiritus admittat natura & facultas, indagaturi ex rectæ rationis lumine, *Adspiret conatibus sapientia infinita Spiritus!*



SECTIO I.  
DEFINITIONEM EVOLVENS NO-  
MINALEM.

CAP. I.

Vocis Rübenezahlî tradens  
originem.

§. I.

**D**Um ab initio in *evolvendâ nominis origine* occupa-  
mur, incertam ad eò, ac in ancipiti positam penes scri-  
ptores eam deprehendimus. Sunt, qui hoc nomen  
Rübenezahl dici existimant, quasi Riefenezahl, his potissimum in-  
nixi rationibus, vel quod hic spiritus non tantum sit aliquod in-  
dividuum, verum etiam juxta SCHERERTZIUM in *lib. consol.  
de spectris part. 3. adm. 2.* merito regi associandus Dæmonum,  
malorum & immundorum spirituum, ejus maximè generis, qui  
se in obsessis ad CHRISTI expellentis quæstionem vocarunt le-  
gionem, *Luc. 8. v. 30:* Vel quod juxta FECHNERUM in *descri-  
ptione montis Gigant. xi*, OPITIUMq; *lib. 4. Sylv. poët. pag. 267. &  
279.* unus sit ex numero Gigantum relictus, qui olim juxta Poë-  
tarum commenta, magnum rescindere cælum, ut vates *Mantuanus*  
loquitur, hoc est, monte monti imposito cælum oppugnare, &  
summum de throno regem Jovem turbare aggressi fuerunt, cujus  
rei tamen luculentius testimonium, missâ fabulosâ istâ & propterea  
fictitiâ vatum Gigantomachiâ, in sacro codice de immensâ turris  
Babylonicæ structurâ *Gen. IX.* & de liberis, Enakim, qui fuerunt  
Gigantes tunc temporis maximî, *Num. 13. v. ult.* habemus.

II. Nec desunt, quibus nomen hoc ex Germanâ & Latio-  
nâ origine creditur mixtum, & sonare quasi Rief. *Enceladus.*  
Hunc autem Enceladum Titanis & Terræ filium, Gigantum o-  
mnium fortissimum & maximum facere Poëtarum fabulas, ex il-  
lorum monumentis abundè liquet; unde & *Horatio* dicitur *En-  
celadus jaculator audax.* Fulmine tandem Jovis percussus, &  
monti



monti ignivomo Æthnæ in Siciliâ suppositus, à *Virgilio* fingitur,  
ut videre est *lib. 3. Æneid. v. 571. & seqq.* ubi ita canit :

Fama est Enceladi semustum fulmine corpus  
Urgeri mole hâc, ingentemq; insuper Æthnam  
Impositam, ruptis flammam exspirare caminis. &c.

Videatur præter NATALEM COMITEM in *mythologiâ*, CARO-  
LUS STEPHANUS in *Dictionario Geographico pag. 510.* Et de  
hoc Gigante Encelado montem etiam istum Gigantum Silesi-  
um nomen indeptum existimant, ex eo, quod ille, quisquis fuerit  
Gigas, in Gigantomachiâ istâ antiqva, & penes scriptores ethni-  
cos valdè memorabili, in hoc monte se præ reliquis bellando for-  
torem gesserit, & postea sive fulmine tactus, sive alio quodam  
violento modo prostratus, sub hoc monte sepulchrum habuerit.  
Quam opinionem satis absurdam, ex Poëtarum figmentis in so-  
lidum deductam, suo tamen approbare calculo nititur PRÆTO-  
RIUS *Lipsiensis*, cui hâc in materiâ aliàs plurimum tribuimus,  
ex opusculo suo, quod inscripsit *Damonologiam Rübenschablii Si-  
lesii*, ac hâc de voce conferatur *part. 1. pag. m. 87.*

III. Alii, ut videre est apud SCHICKFUSIUM *lib. 4.*  
*Chron. Siles. cap. 3. qv. 11. & 12.* corruptam vocem esse asserunt ex  
Gallico *Roye de Valle*, significante *Regem vallis*, sive, ut in  
vernaculâ lingvâ reddamus, *Ein Thal-König* quod, uti super  
montem istum Silesiæ Gigantum universum, ita præcipuè su-  
per vallem in monte isto profundissimum dominium habeat, qui  
incolis *vallis Diabolorum* (*der Teuffels-Grund*) dicitur, & spe-  
ctri hujus propria sedes esse creditur & mansio. Quam opinio-  
nem plurimi equidem facili jure tueri poterunt, qui *γωγγόφων*  
*αἰεῖσιν* CLIVERIO dant; manum, statuenti *lib. III. cap. VI. Taciti*  
*Gotbinos*, qui lingvâ fuerant usi *Callicâ*, circa hæc loca quon-  
dam incoluisse; idcirco potuisse ab iis forsan nomen istud quasi  
per manûs posteriorum traditum, iisq; adeò attritum esse, sanæ  
rationi non incongruum videtur, ut quemadmodum hodiè est,  
illi parum respondeat.

A 3

IV. A



IV. *A Ron ce Vale* aliis dici placet, cujus nominis olim monachus quispian Italicus fuisse perhibetur, nigromantiæ peritissimus, nec minus in arte chymicâ versatus, qui ut divites metallis venas inquireret, & talis inquisitionis studio artem suam, quâ circa metallica pollebat, excoleret magis, montis istius Gigantæi Silesii visitator extitit sedulus, indeq; frequens ejus præsentia non diu latere potuit, sed innotescens statim rusticis, cæterisque istius loci incolis, ab illis corrupto nomine *Rübzahl* vocatus est. Quoniam autem in plerisque montibus divite metalli venâ abundantibus, spectra seu virunculos metallariis non ignotos, certis temporibus, apparere constaret, ob id spectrum quoque hoc in monte isto Silesiaco, circa ea tempora potissimum animadvertum, tale esse crediderunt, & ex falsâ persuasione, quasi spiritus Ron ce Vale foret, post mortem etiam istuc vagabundus oberrans, pristino *Rübzahl* nomine illud appellârunt. Fama rei fecit fidem, creditum est, & ad posteros etiam falsa opinio propagata, & pervulgata in ore omnium extitit sermo. Quam traditionem, tanquam jure veritatis donaram, Civem quendam Gryphemontanum ad alium civem Lipsicum, ex relatione anonymi cujusdam auctoris, haud ita pridem perscripsisse, refert noster supra memoratus PRÆTORIUS, in *Opusculo suo Demonologico de Rübzahl* Silesio, part. 1. p. 282.

V. Paulò longius à veritatis scopo aberrare videtur chymicus ille insignis MONTANUS STRIGAVIENSIS, quando credit nomen hoc corruptum esse ex *Ronseval*, noto nomine nobilium Gallorum, quorum è prosapia quidam propter inexplebilis avaritiæ vitium maledictus, & ad montes istos Silesiacos quondam proscripso feratur, quasi nunc istâ multiplici formâ oberrare, cothurno versatilior, adducente hanc opinionem SCHICKFUSIO *lib. 4. chron. Siles. pag. 11.*

VI. Quibusdam quasi *Riphaorum Zabulum*, à montibus videlicet istis Riphæis Silesiorum & voce Zabulus, vel quod idem est, Diabolus dici creditur. Quam sententiam inter alios fovet & tuetur firmiter CLARISS. M. JOHANNES HEINZELMANNUS *Vratislaviensis, in Dissertat. de Angelo habitâ in hac inclytâ*  
Acad.



Academiâ, Anno M. DC. L. thesi 2. in fine, ubi hæc : Διαβολῶν  
ἢ Δεβαλλῶν, calumnior. Apud Aristophanem Δεβολώτατος,  
Jonice Ζάβολος, inde spectrum in Riphæis montibus Riphenzabel  
dictum, non obscure quibusdam videtur. Quod verò spectat vo-  
cem Zabulus, videatur BARTHIUS, Tom. 1. advers. lib. 29. cap. 1.  
pag. 1347.

VII. Quid, quod reperiantur, qui nomen hoc quoad  
propriam significationem, ex literarum positione promanantem,  
consideraturi, exponunt per *numerantem rapas*, sive juxta verna-  
culum idioma, Ein Rûbezebler, & per jocum potius, quàm ve-  
ritatem hoc spectrum olim fortassis antiquissimi istius & fortissi-  
mi Romani civis Curii famulum fuisse, hero suo rapas, quibus  
ille ad quotidianum victum, neglecto carniū esu, abstemius  
fuit usus, numerare, & in cibum offerre solitum tradunt, super-  
venientibus sic cænantibus aliquando legatis Samnitibus, & frustra  
magnam pecuniæ summam offerentibus. Videatur de eo CA-  
ROLUS STEPHANUS in *Diction. Geogr. lib. 1. pag. 446.* Curium  
autem hunc jam laudatum in præparandis istis in cænam rapis  
eiusdam ope indignis ministris vices coqui subeuntis, habito  
respectu illarum magnitudinis, nostrarum vulgarium proportio-  
nem longè excedentis, haud adeò veritati absolum videri con-  
tendunt, testante insuper ZEILERO in *manuali suo part. 1. pag. 289.*  
de rapis Ternensibus in Italiâ singulis à triginta ad quadraginta  
usq; libras pondere suo æquantibus, in quarum septem portandis  
vix unus asellus sit par oneri. Videatur PHIGIUS in *Hercule  
Prodigo pag. 275.* SCHRADERUS *lib. 3. mon. Ital. fol. 266. B.* &  
LEANDER ALBERTI in *descriptione Italia pag. 39. b.* Sed hæc  
jocosa magis, ut diximus, quàm seria videntur, ab otiosis homi-  
nibus ex proprio efficta cerebello, & à PRÆTORIO, ut & hujus  
farinæ innumera adhuc alia, animi tantum gratiâ scriptis suis ad  
pagina supplementum intertexta, ideoq; nobis tantum obiter &  
levi tangenda calamo, ne ludicra seriis commisceamus, & falsa  
pro veris venditemus.

VIII. Nonnullis prætereà, (ut missis his jocosis ad rem  
revertamur) à *Rokezan*, Hussitarum doctore istius nominis pri-  
mario



mario nuncupari probabile videtur, cuius mentionem fecit D. CURÆUS in *Chronico Generali Silesiæ*, aucto per HENRICUM Nâseln à Sagen part. 1. pag. III. ad Annum Christi 1433. Multis etiam à turbâ Sabellii, hæretici istius famosissimi nominis origo deducitur, ut dicatur quasi *Nothe Sabellii*, deinde per corruptionem vocis *Nôbezabel*. Vixisse autem hunc Sabellium Anno Christi 257. testis est SOCRATES lib. 6. cap. 20. *hist. trip.* & CAROLUS STEPHANUS in *diction. Geogr. pag. 1009. a.* Aliis derivatur ab Hebræo nomine מן ventus, spiritus, & אצל in umbrâ, q. d. spiritus tenebrarum, sive spiritus, qui in tenebris habitat. Undè & Cacodæmonem in Sacris literis passim vocari principem tenebrarum constat. Aliis quasi *Arabia Zabel* sonat; Zabel enim mons Arabiæ felicis est, ubi Mahometus orare, seu potius consulere Satanam erat solitus, testante LUDOVICO peregrinat. cap. 13. & 14. Videatur & CAR. STEPH. in *diction. Geogr. pag. 1212.*

IX. Hisce accedunt illi, qui Rûbenzahlium faciunt *Rubigalium numen*, de quo STEPHANUS in *Diction. Geograph. pag. 100.* inquit: *Rubigo, Dea Romanorum, quæ ideò colebatur, ut vitium segetum, quod robiginem sive rubiginem (Germ. Meelstau) appellamus, averteret.* VARRO lib. 1. de re rusticâ cap. 1. Robigum Deum facit, eumq; Floræ conjungit, cui etiam Robigalia festa publicè instituta asserit, quemadmodum Floræ Floralia. Autor est PLINIUS lib. 19. cap. 29. *Robigalia sive Rubigalia à Numa Pompilio fuisse instituta, anno regni sui undecimo, eaq; ad VII. Calend. Maji celebrari solita, quo tempore segetes rubigini maximè sunt obnoxie.* Tales sunt nostro tempore supplicationes *Amburbiaë & Ambarvales*, quæ fiunt, ut fructus terræ agricolarum voto respondeant. Plurimi deniq; hunc spiritum quasi *Eriphyla Bel* dictum existimant. Est autem *Eriphyla* una ex Insulis *Æoliis*, in quâ ille instar *Bel h. e. Idoli* ab incolis adoratus creditur. Alii ab aliis derivant vocibus.

X. In tanto sententiarum divortio certi quid definire ac determinare, arduum non minus ac difficile, cum in diversum trahatur animus, neq; tamen habeat, in quo subsistere firmiter queat



ticum, in Bohemicis oris huic monti Gigantæo conterminis, for-  
tals e primò enatum, incolarum autem pronuntiandi ratione  
corruptum & longo usu frequentatum, ut in Germanicam tan-  
dem quasi linguam abierit. Portentosum autem & importu-  
num aliquod præ se ferre illud, ex eo colligere in proclivi est,  
quod ejus pronuntiatione graviter se offendi spectrum sentiat,  
& onomathetis illis horrendas tempestates, aliâq; reddat mala,  
juxta unanime Scriptorum testimonium.

## CAP II.

# Æquipollentes Rübenezahlîi voces exhibens.

### §. I.

Quam incerta vocis Rübenezahlîi origo, tam multivaria nomi-  
na æquipollentia. HENELIUS in *Silesiographiâ* pag. 6. de  
eo ita: *Nostratibus der Rübenezahlî montanus Damon*. Eodem no-  
mine à SCHWENCKFELDIO in *Silesiographiâ* insignitur, nec  
non *virunculus montanus*, plurimis notus, spectrum; passim Rie-  
senzahl. M. GEORGIUS ÆLURIUS in *Glaciographiâ* lib. 3. cap. 129.  
vocat eum *Rübenezahlî spectrum in monte Gigantæo propè Hirsch-  
feldam Silesiæ*. Eodem ferè modo appellatur etiam à SCHICK-  
FUSIO lib. 4. *Chron. Silesiæ* pag. 11. Incolæ istius loci, ne ex odiosi  
Rübenezahlîi nominis fœdæ forsan significationis pronuntiatio-  
ne gravissimam illius in se derivent iram, atrociori ut plurimum  
supplicio conjunctam, studiosè illum *thesauri custodem* nominât,  
titulum hunc personâ suâ & factis ejus multivariis non indignum  
arbitrantes, quia thesauros metallorum in venis subterraneis eò  
loci latentium, & copiam insignem optimarum quarumlibet &  
virtute medendi efficacissimâ præditarum herbarum, quas mon-  
tana illa tellus magnâ profert ubertate, possidere, nec aliis  
ullum jus, nisi precibus & blanditiis allectus, in illas conce-  
dere, dicatur.

B

II. ZEI.



II. ZEILERO in *Germania part. 1. lib. 4. pag. 117.* Zeufflich Gespenst/ungeheuer. OPITIO lib. 4. Sylv. poet. pag. 280. Rübezahl. Eodem nomine AUTORI ANONYMO *histor. mirabil. de Spectris part. 1. pag. 45. B.* A jam laudato OPITIO d.l. vocatur etiam Birgmann Rübezahl. Sed pag. 279. Riesen-Herr/ Ark-Berg Gott. SCHERERZTIUS in *lib. consol. de Spectris part. 3. adm. 2. sub finem* vocat illum Rübenzahl. SCHWENCKFELDIUS in *Thermis Hirschbergensibus pag. 158.* Riebenzahl. Dominum JOHANNEM, vel magnum Dominatorem & presidem montis Gigantæi, aliisq; hujus generis amplis nominibus vocari, imò ipsum non aliter vocari velle, testes sunt Botanici isti circūforanei & agyriæ, quotannis ad nostras adventantes nundinas & merces suas de variis herbis & radicibus vario morbo medicantibus à montium Silesiorum jugis altissimis, spectri hujus propriissimâ sede & domicilio delatas, publicis tabernis venum exponentes. Nec est, ut his omnem adeò in hoc negotio derogemus fidem, cum facilè concedatur, imitari & hunc spiritum omnium dæmonum nomina magna semper affectantium, naturam superbam, ut videre est ex illis, quæ de hac re loquitur JODOCUS HOCKERIUS OSNABURGENSIS pag. 5. b. *Theatri Diab. scito recensens ordine, omnia in Sacris literis imposita Diabolo nomina, dum vocatur Deus hujus seculi, Princeps mundi, princeps aëris, Dominus mundi, &c.*

III. Qvò pertinet, quod legitur apud BODINUM de *Dæmonom. pag. 260.* de Henrico Cornelio Agrippâ, omnium Magorum dum viveret, decantatissimo & maximo, ut passim apud scriptores Archimagi cognomento appelletur, habuisse eum in deliciis canem quendam nigrum, quem Dominum vocarit, & in itinere secum semper ut comitem catenis circumduxerit, fuisse autem hunc cacodæmonem sub caninâ specie latentem, postea innotuit. De hujus enim canis pariter & heri sui Agrippæ exitu PAULUS JOVIUS EPISCOPUS in *Elogiis*, postquam portentosum hominis ingenium depinxisset, ut qui immenso captu, vastaq; memoriâ, scientiarum artiumq; omnium rationes, arcanaq; intima & summos apices complexus, disciplinas convellit, religiones in  
dubium



derisit &c. hæc tandem subjungit: *Excessit è vitâ nondum senex, apud Lugdunum, ignobili & tenebroso in diversorio, multis eum tanquam necromantia suspicione infamem execrantibus, quod Carodæmonem nigri canis specie circumduceret, ita, ut cum propinquâ morte ad penitentiam urgeretur, cani collare loreum magicis per clavorum emblemata in scriptum notis exsolverit, in hac suprema verba iratè prorumpens: Abi perditâ bestia, quæ me totum perdidisti. Nec usquam familiaris ille canis, ac assiduus itinerum omnium comes, & tum morientis Domini desertor postea conspectus est, cum precipiti fugæ saltu in Ararim se immerfisse, nec enatasse, ab his, qui id vidisse asserabant, existimetur.* Ad hanc historiam alludere JOHANNEM BAPTISTAM POSSEVINUM sic de Agrippâ, cujus effigies apud JOVIUM & alios placidissimum referat vultum, scribentem:

Vivens quem cernis, ne te fortasse moretur

Os placidum, Stygii rex fuit iste lacûs.

Quare etiam custodem habuit, dum viveret, Orci,

Cui nunc in tenebris præda daret comitem &c.

Alludere ad eandem etiam LATOMUM in *Epitaphio Agrippæ* asserit CASPAR SCHOTTUS in *Phys. curiosâ lib. 1. cap. 27. S. 4.* ubi ex citato Jovio hanc de Agrippâ citat historiam, iisdem, quæ adscriptis verbis. Quamquam impudentiæ dictus SCHOTTUS arguat D. Johannem Wierum, Agrippæ discipulum, in suis de præstigiis Dæmonum libris, hanc historiam penitus negantem, & neq; cani isti veram Dæmonis essentiam concedentem, quia testatur, se illum more aliorum canum laqueo adstrictum post dominum traxisse, & suo semper & domini lateri ipsum medium accubuisse, neq; suo præceptori Agrippæ tantum necromantiæ crimen imputantem, quod inde planum evadit, dum in libris suis, quoties defuncti memoria incidat, honorificam semper ejus faciat mentionem, his verbis: *Felicis memoriæ Agrippæ, vel: Venerandi Præceptoris mei Agrippæ &c.* observante id judiciosè BODINO, loco suprâ citato.



IV. facere & huc videtur ana hujus BODINO pag. 76. 77.  
*Demonom.* habet verba : Der Satan hat abgezelt umb mehres  
Betruges willen schöne/holdselige Zunahmen gesucht / die ihm  
seinen rechten Vornahmen beschöneren. Als da hat er der Ge-  
heim-oder Familiar-Geist wollen heissen/oder weise Geist / oder  
der Morgen-Stern/oder das Meisterlein: dieweil er gewusst/ daß  
die Nahmen Satan und Teuffel verhasset wären. Auch nennet  
ihn der grössere Theil der Zauberer das kleine Meisterlein / wie  
solches zusehen im Buche des Italiänischen Pauli Grillandi, der  
viel Zauberer und Hexen hat hinrichten lassen. Daher auch bey  
uns Teutschen der Nahme **Meister = Hammerlein**  
geblieben/wiewol er jekund von den Gaukelern für ein Spott an-  
gezogen wird. Hactenus verba ex BODINO, quæ in opusculo  
*Demonologiaco Pratoriano pag. m. 76. & seqq.* vernaculo idiomate  
sic adducta leguntur.

## SECTIO II.

SISTENS

# APPARENTIS HUIUS SPIRITUS

MATERIAM & FORMAM.

CAP. I.

DE

## MATERIA.

§. I.

**P**ROpria spiritui immaterialitas, illumq; in esse suo constituit,  
ac à corporibus distingvit. Materia, quamcunqve spiritus  
finitus pro potentia suæ indole assumit, non eo unitur cum  
*per se, unione essentiali, Physicâ, quæ intercedit inter for-*  
*nam informantem, & materiam: nec suppositali aut hypostaticâ*  
*sed accidentali, pneumaticâ & parastaticâ; reali tamen, cum spi-*  
*ritus ille & materia sibi invicem adeò ex unitorum naturâ, præ-*  
*sentia sint, ut motum ille non tantùm huic largiatur, sed & actio-*  
*nes*



nes inducat, ac operationes in ea eadē: non quidem motum  
quendam vitalem, sed localem tantum, cum se habeat per modum  
formae non informantis & internae, sed assistentis ac externae.

II. *Materia*, in quā apparere refertur, *Spiritus*, vel *vera*  
est, vel *apparens*; Illudere quippe sensibus, fascinare, maximè o-  
culos mortaliū, & praestigias adeò vendere, Dæmoni communissi-  
mum est, ejusq; mancipiis Magis, quod praestant potissimum,  
objectum verum removendo, falsum offerendo, sensusq; per-  
vertendo. Equidem EMANUEL MAGNANUS cap 33. & ult.  
*Philosoph. natur. propos. ult. numero 31.* modum apparenti spiri-  
tuum, quibus vel ipsas animas separatas jungit, peculiari ratione  
delineare nititur sequentibus: *Anima separata, vel Angelus, ut dant*  
*se in conspectum nostrum, minimè egebunt (ut vulgò putatur) com-*  
*pingere sibi & coaptare corpus aëreum, et ali modo compactum, consti-*  
*patum, figuratum &c: ut colorem habeat, & figuram, & duritiem,*  
*& pondus ejus corporis, in cujus specie optant apparere: sed ut visui*  
*v. g. se exhibeant, omninò sufficiet eis, (quod est longè facilius &*  
*expeditius) si illā ipsā vi, quā putantur compingere, formare, movere*  
*&c. aëreum illud corpus, lucem incidentem restringant, & reflectant*  
*ad oculum, eādē mensurā & eodem modo, quo eam refringeret &*  
*refleteret, si adesset corpus illud, cujus in specie volunt apparere. Ac*  
*similiter, ut auditui sese offerant, sufficiet si aërem velut ex arte, nem-*  
*pè imitando naturam, eodem modo pellant & verberent, quo cum pelo-*  
*deret aut verberaret, si adesset res corporea sonora; cujus imitari cu-*  
*piunt sonum: sic enim aër verberatus, motum illum ab immateriali*  
*substantiā receptum, communicabit tympano auris, & consequenter*  
*haec percipiet sonum omninò similem ei, quem ederet, vel edere solet res*  
*illa corporea, & ita substantiam immaterialem percipiet auditus sub*  
*specie talis rei sonoræ. Et ita de aliis sensibus. Atq; ut vides, hac*  
*arte potest facillimè Angelus vel anima dare se in conspectum unius,*  
*& se occultare alteri: quod sanè esset illis impossibile in eo aëreo, ut*  
*putant, involucro assumti corporis: hujusmodi enim corpus, quan-*  
*tum est de se, omnibus indifferenter & aequè daret species sui. Verùm*  
*potentia spiritus finita est & limitata, non infinita ac illimitata:*  
*sensationis natura, objectum sensibile, species sensibiles, medium per*



quod species dederetur, organum, in quod species recipitur, requirit; si sola lux incidens oculis, omnes redderet formas, si solus aer omnes pareret sonos, lucida abirent in colorata; species nullae procederent ab objectis, & insuper habitis aliis difficultatibus, quibus premitur hæc sententia, sensationis naturalis inverteretur ratio.

III. *Materia vera*, aut ex corpore magis simplici & elementari, aut composito, hominum, brutorum, plantarumque, assumitur à spiritu. Elementa miscere inter sese, & speciem ex iis producere sensilem ad arbitrium, novit peritissimus rerum naturalium spiritus. Utrum verò ex solo aëre, aut reliquis etiam elementis inter se mixtis formet corpus, in controversiam vocant scriptores, quorum diversas sententias exposuit DELRIUS *lib. 2. quest. 18. sect. 2.* Uti verò corpus sibi formare valet ad similitudinem aliæ ex materiâ assumptâ, comprobante usu quotidiano; ita sæpè numero cadavera subire hominum, brutorumque; ex permisso Divino non veretur, in quibus eadem quoad speciem supposita, quæ viva fuere, sistit sensibus, omniumque; exponit oculis. Exempla non modò suppeditant vetustiorum monumenta, ut DELRIUS *lib. 2. cap. 29.* PEUCERUS *de divinatione fol. 106.* GUILIELMUS PARIENSIS in *Traurigen Geschichten* sed ipse hic spiritus in monte Gigantæo abundè probare videtur.

## CAP. II. DE FORMA.

### §. I.

**F**orma illa extrinseca, quæ Rübenzahlius potissimum apparere perhibetur, vel *hominis certum statum*, vel *brutum*, vel *plantam*, vel *alius corporis speciem* sistit. Induit mox speciem rustici, comes ipse rustici: militis, molitoris, aliusve viatoris, comes illorum, componens se ad arbitrium cujusvis, & sæpè numero promptitudinem inserviendi aut juvandi præ se ferens, Monachi formam



concedant sententiam, olim fuisse monachum, magiæ peritissimum, tandemq; ad hæc montana loca perpetuò condemnatum. Non cumulabimus temerè nomina Autorum hanc in rem; sufficiat præ cæteris D. CASPAR SCHWENCKFELDIUS apud ÆLURIUM *part. 4. descriptionis thermarum Hirsbergensium Silesiæ*, referens ex mente aliorum, spiritum illum à Monacho quodam fuisse proscriptum, isti q; loco alligatum: suffragante iisdem ferè verbis SCHICKFUSIO *lib. 4. Chron. Sil. pag. 11. nec non Autore anonymo Magicorum, sive histor. mirabil. de spectris.*

II. Forma bruti etiam monstrosi, quæ interdum superiori parte hominem, inferiori capram sistit, juxta illud parodiæcum Poëtæ:

Semicaprumq; virum, semivirumq; caprum,  
Vel in mappâ, novæ Silesiæ accuratam delineationem exhibentè,  
& à Martino Helvigio Nisfense inventore editâ, æri incisa conspicitur. Facere & huc videtur locus ille M. JOHANNIS FECHNERI, Poëtarum, quos Silesia habuit, præstantissimi, in poëmate suo artificiosissimo, de laudibus montis Gigantæi Silesiorum, ubi spectrum hoc *Monychum* appellat. Quæ vox, si ejus Paronymiam inquireremus, est origine Græca, à nomine *μόνος*, quod idem est ac Latinis *solungulus*, epitheton in poëtarum foro usu receptum, & additum equis, aliisq; animantibus solidas ungulas habentibus. Deindè Centauris, Satyris & Faunis hoc etiam vocis additamentum est attributum, quibus nescio quos equinos pedes poëtarum affinxere fabulæ. Videatur hæc de re pluribus CAROLI STEPHANI *dictionary Geographicum pag. 739.*

III. Scilicet *varius & multiformis dux ille omnis mali Demon est*, exclamamus non immeritò cum S. IGNATIO MARTYRE ex ejus *Epistolâ ad Philipp. citatâ apud CAMERARIUM in oper. succisivo. part. 1. cap. 73. pag. 3. 8.* Nec id mirum nobis videri debet, multò minus dubiâ quâdam cogitatione nostros torquere animos, in quantum perversa Satanæ natura innotescit. Quot enim non novit fraudes? quot non præstigias? quot non technas mille artifex, quibus humanos sensus decipiat, quibus videndum



audientium aures illudat, ut audiendo, non audiant, ut ventos & inanes apprehendant umbras, admoturi manus operi, quod ante oculos conspiciunt? quot non habet exploratos modos, quot non præexistentes materias, ex quibus facile nunc hoc, nunc illud sibi assumere corpus, & vel in ipsum Angelum lucis se transformare valeat, Cerberus ille triceps & Proteus infernalis?

IV. Colligimus rem in summam, adducentes verba Per reverendi Clarissimiq; M. CAROLI ORTLOBII in dissertatione sua de Spectris habitâ in hac Leucoreâ inclycâ Anno 1649. sub Præsidio Phisici post hominum memoriam incomparabilis B. SPERLINGII, Professoris hujus Academiae publici, S. 31. circa finem, inqviens: *Spectrum hoc (de Rûbenzahlio autem ipsi sermo est) nunc religioso monachi habitu, nunc ridiculâ decrepiti met allarii specie, nunc solito majoris rane aut busonis figurâ sese præbet conspiciendum. Jures, Euripum exæstantem non mutari tot vicibus, quot spectrum illud &c.* Confirmat id etiam HENELIUS in *Silestographiâ pag. 6.* quod SCHWENCKFELDIUS *part. 4. de thermis Hirsbergensibus apud ÆLURIUM* sic vernaculo idiomate expressit: *Er (der Rûbenzahl) lasset sich daselbsten vielmahl in mancherley Gestalt sehen/ jetzt als ein Bergmânlein/ bald als ein Mûnch (in einer Kapp. n) bisweilen als ein schön Ross/ zu Zeiten als eine grosse Kröte oder Wuhuy/ und dergleichen mehr/ wie die Beywohner fürgeben.* Hactenus SCHWENCKFELDIUS. Cui accedit SCHICKFUSIUS *lib. 4. cap. 3. pag. 12.* iisdem ferè verbis rem pertextens. Conferatur & OPITIUS *lib. 4. Sylv. poet. in Nymphâ Herciniâ pag. 282.*

**SECTIO III.**  
**SPIRITUS HUIUS APPARENTIS OPE-**  
**RATIONES & EFFECTA EX-**  
**PLICANS.**

§. I.

**C**ommunisima dividendi ratio spirituum in bonos & malos è lumine rationis patet; neq; enim tertium quoddam & intermedium



medium spirituum genus, præter hæc duo recentia dari, ulli concedendum. Cæterum Dæmones specialiter, GEORGIIUS AGRICOLA, in libello de Animalibus subterraneis in duo dispescit genera: Sunt enim, inquit, truculenti & terribiles aspectu, qui plerumq; metallicis infesti atq; inimici sunt. Talis fuit Annebergicus ille, qui operarios duodecim amplius flatu interfecit in specu, qui corona rosacea appellatur. Flatum verò emittebat ex rictu. Equi enim specie habentis procerum collum & truces oculos dicitur visus. Ejusmodi etiam fuit Schnebergicus, nigro cucullo vestitus, qui in fodinâ Georgianâ operarium è solo sublatum, in superiore loco maxima illius concavitatis quondam feracis argenti collocavit non sine corporis attritu. Certe Psellus, cum sex genera Damonum definiat numero, hoc cæteris pejus esse dicit: quòd ipsi amictui sit crassior materia. Quidam Philosophi hos & similes Dæmones, qui nocentes sunt, & naturâ improbi, nominant brutos & rationis expertes. Sunt deinde mites, quos Germanorum alii, ut etiam Græci, vocant Cobalos, quòd hominum sint imitatores. Nam quasi latitiâ gestientes rident: & multa videntur facere, quum prorsus nihil faciant. Alii nominant virunculos montanos, significantes staturam, quâ plerumq; sunt: nempe nani tres doctores longi. Videntur autem esse senectiones & vestiti more metallicorum, id est, vittato indusio; & corio circum lumbos dependentes induti. Hi damnum dare non solent metallicis, sed vagantur in puteis & cuniculis: & quum nihil agant, in omni laborum genere videntur se exercere: quasi modo fodiant venas: modò in vasa infundant id quod effossum est, modò versent machinam tractoriam. Quamquam verò interdum glareis laceffunt operarios, rarissimè tamen eos ledunt. Nec ledunt unquam, nisi prius ipsi cachinno fuerint aut maledicto laceffiti. Itaq; non admodum dissimiles sunt Dæmonibus, tum his, qui rarò hominibus apparent, quum quotidie partem laboris domi perficiant & curent jumenta: quibus quod nostri causâ benignè faciant, generiq; hominum sint, aut saltem esse videntur amici, nomen imposuerunt Germani, Gute-los enim appellant. (Gütel / Gütgen vel etiam Hütgen) cum Trullis vocatis: quos sexu tam mulieris quàm viri ementito cum apud alias nationes, tum maximè apud Suionas in famulatu fuisse ferunt. Sed

C

Dæmo.





*DEMONES MONTANI* potius quam laborant in eis, & quos in  
talla effodiuntur jam, vel ea effodi posse spes est. Quocirca metalli-  
ci non deterrentur à laboribus, sed omen inde capientes alacriori ani-  
mo sunt & vehementius laborant. Quorum classes facile ingre-  
ditur Rubenzahlius, maximè cum sæpè numero ad modum vi-  
runculi montani viatoribus apparere perhibeatur. Videatur  
SCHWENCKFELDIUS in *thermis Hirsbergensibus* pag. 157. &  
AUTOR ANONYMUS in *historiis mirabilibus de spectris* part. 1.  
pag. 35. b. 36. a.

II. Spiritus hujus apparentis operationes singulas, ac ef-  
fecta adeò universa producere in medium, nostro haud sedet a-  
nimo, sed potiora modò & probata luculentis documentis ac ex-  
perimentis, qualia quidem sunt: *Ciere tempestates, medicam ferre  
opem, exercere magiam, possidere thesauros, comitari viatores, inter-  
dum ad perniciem, venatoris subire munia.*

III. *Ciere tempestates* Rubenzahlium, vel hoc nomine à  
viatoribus nuncupatum, vel aliis modis lacescitum, & horribilia  
dare fulmina atq; fulgura, memorant Historiographi: Videatur  
præ cæteris HENELIUS in *Silesiographiâ* pag. 6. Neq; Dæmoni  
temerè potentia ciendi tempestatis deneganda, cum materiam  
meteororum, permittente supremo Numine, elevare de facili, &  
tempestatem excitare, ac adeò principia activa applicare passivis  
possit. Quare & suis mancipiis ac magis eò facilius gratificari  
potest: quanquam sæpè numero potius ex causis naturalibus  
tempestatem imminuentem prævideat, quam faciat, mentes tamen  
malè sanorum hominum virtute suâ occupet, easq; ita instruat,  
recensente WIERO lib. 3. de *prestig: Dam. c. 16. ut quandoq; filices  
post tergum occidentem versus projiciant; aliquando ut arenam a-  
qua torrentis in aërem conjiciant, plerumq; scopam in aquâ intin-  
gant, cælumq; versus spargant; vel fossulâ factâ & lotio infuso, vel  
aquâ digitum moveant, subindè in ollâ porcorum pilos bulliant; non-  
nunquam trabes vel ligna in ripâ transversè collocent, & alia id gen<sup>us</sup>  
deliramenta efficiant. Atq; ut arctius eas Satan illaqueet, diem &  
horam sibi dictis rationibus notas præfigit, &c. Ex quo nomen sibi  
vendi*



vulgo audiant.

IV. Quam insignem verò probat scientiam rerum naturalium Rübenthalius in atomis congregandis & segregandis, eandem & virium herbarum, plantarumq; demonstrat ex abundantia in curandis morbis, pellendisq;ve naturæ malis: uti enim naturâ Dæmoni præclara rerum naturalium notitia remansit: ita adeo longo rerum usu amplificavit eam ac auxit majorem in modum, ut faciliè medicam præbere manum, & remedium præsentissimum adversus imminentes morbos in nascentibus herbis exponere possit. Confirmant rem verbis non minus ac factis Botanici loca illa permeantes, herbasq; quibus effodiendis vel ipse Rübenthalius manûs admovere assiduas dicitur, à Riphæis jugis ad nostras æquè oras afferentes. Quam in rem Poëtarum Germanicorum faciliè princeps MARTINUS OPITIUS lib. 4. Sylv. poët. in *Nymphâ Herciniâ* pag. 278. hoc carmine, quod circa istæc loca à superstioso aliquo tiliæ iacisum se observâsse fingit, quo auxilium Dæmonis posceretur, eum compellat:

Du Riesen-Herr/du Ark/du Berg-Gott komm herfür/  
Der jene/so dich ehrt/erwartet deiner hier.

V. Neq; tamen subsistit in demonstrandis *qualitatibus manifestis corporum naturalium*; sed & *occultas* etiam sæpè prodit, peritissimns utriusq; Magiæ, naturalis & Dæmoniacæ, ipse hujus autor: falsa venditat pro veris, easq; objicit mortalium sensibus præstigias, ut phantasmata pro rebus agnoscant, & umbram pro luce assumant, imitaturus antiquissimum illum serpentem Paradisiacum, qui Protoplastis per malum oculis pulchrum, aspectuq; delectabile, malum dedit omnium malorum maximum, commune omnibus posteris, proprium singulis. Facere hûc videntur iterû verba illustris OPIT. loco cit. p. 280. sub personâ famâ immortalis Buchneri prolata: Doch wollen wir den Birgman Rûbezal in diese Zahl nicht setzen: denn angesehen/ daß er durch Zauberey geruffen wird/so muß er weder eine fromme noch eine verdammete Seele seyn; weil sie beyde bis zu seiner Zeit unter der Hand des GDr.



res aller Götter sind / der sich mit Weisheit nicht zwingen  
lässt &c.

VI. Ab his progredimur ad Rübenezahlii *gizas*, quas pro-  
lixas possidere perhibetur: Dæmon enim princeps ille seculi non  
veretur coram Domino Dominantium divitias universi orbis sibi  
vendicare. Et Rübenezahlius thesauros montis totius Gigantæi,  
jure quasi concessio possidere videtur, ac partiri ex iis, quibus be-  
nè cupit, non aliâ ratione, quàm in dracone volante frumenta, a-  
liâq; usualia sagis, ceu mancipiis suis, afferre dicitur. Præbet ve-  
rò aut verum aurum, metallumve, aut fucatum ac apparens: illud  
quidem rarius, hoc frequentius. In quam rem DANHAUE-  
RUS in *Promptuar. morali cap. de pecunia vituperio* scribit, non  
posse Dæmonem etiam DEO permittente ullam veram ac germanam  
pecunia materiam producere, nec veram formam dare, scilicet sine  
spiritu aurifero & argentifero. Et cum ingens sit penes morta-  
les auri sacra fames, quàm accuratius inhiant isti gazis, tam fre-  
quentius falluntur ab injusto rerum humanarum possessore, Dæ-  
mone: Exempla benè multa illorum, quod Dæmon pecuniam ve-  
ram rarò conferat, neq; veros thesauros largiatur, collegit citatus  
SCHOTTUS pag. 156. & 157. Scilicet pro fulvo auro præbet non  
rarò excrementa, pro pretioso abjectum finum, pro gemmis lapi-  
des ignobiles, pro metallis carbones, eâ tamen specie, ut videantur  
quæ non sunt, & vice versâ, interdû non videantur, quæ sunt. In  
quam rem PSELLUS *cap. de collatione auri & virtutum: NI-*  
*HIL eorum, quæ Diabolus promittit, ex se præstare potest, sed visu*  
*tantum inania suis cultoribus præbet.* Quos deniq; possidet the-  
sauros, à nutu habet Divino, ut bona servorum Mammonæ cedant  
in jus ipsius Mammonæ, & terræ tenebris recondita, egenisq;ve  
subtracta, occupentur à tenebrarum Domino.

VII. In viâ nunc spectandus Rübenezahlius, in *campis, Syl-*  
*visq;*. Frequens est, & perquam familiare spiritui malo, seducere  
mortales, uti aliàs à viâ regiâ salutis, ad avia extremæ pernicietis, ita  
& in itinere à viâ verâ ad devia. Quoties tales instituit ludos,  
quibus viatoribus, mediante igne fatuo, edendo varios sono ac eju-  
latus,



iatas, inquit & ad impostura tuam ino abutitur meteoros: videtur  
MAGIRUS *lib. 4. Phys. cap. 2.* B. SPERLINGIUS *in institutionibus*  
*Physicis*, nec minus Clariss. M. ALBERTUS LINEMANNUS *in*  
*deliciis Calendariographis lit. U. u.* quæstionem in medium affe-  
rens, quid de igne fatuo sit statuendum? ad quam deinde discursu  
satis proluxo, non ineleganti tamen, respondet, & probè distin-  
guit inter ignem fatuum, quâ talem & naturalem, & inter Dæmo-  
niacum, asserens, ignem istum per se esse quoddam meteoron ig-  
nitum naturale, causas habens naturales, quas etiam ab inflam-  
matione ejus, à splendore, motu, sonu, à loco & tempore, & ab al-  
liis, quas illud meteoron edit, operationibus, vel quasi edere vi-  
detur, ex satis firmis rationibus Physicis adducit; interim tamen  
Dæmonis præstigias interdum subesse, non negat, cujus etiam rei  
luculentum & memorabile ex FROMONDO, adducit exem-  
plum, quod ille affini suo in Baraviâ quondam, dum nocturno  
tempore iter fecerit, contigisse memorat. Nec minus tamen in  
assumtâ formâ comitem se jungit viatoribus Rübenezahlus,  
cujus rei exempla videsis apud HONDORFFIUM *part. 1. prom-  
ptuar. exempl. ad 2. præc. pag. 286.* De quo etiam AUTOR ANO-  
NYMUS *histor. mirabil. de spectris part. 1. pag. 45. 8. ita*: Man sa-  
get/das auf dem Böhmischem Gebirge zum osternmahl den Leuten  
ein Münch erscheine/welchen sie den Rübenezahl nennen / der denn  
auch oftmals im warmen Bade gesehen wird. Und wenn die  
Leute über den Wald reisen wollen/und aber den Weg nicht wol  
wissen/gesellet er sich zu ihnen/als wolte er mit ihnen wandern/und  
spricht zu ihnen: Sie sollen unbekümmert seyn / der Weg sey ihm  
gar wol bekand/er wolle sie gar einen richtigen Fußsteig durch den  
Wald führen. Wenn er sie denn nun im Walde auff Irrwege  
geführt/also/das sie nicht wissen/wo sie zu sollen / so springet er  
alsbald auff einen Baum/und hebet dermassen mit heller Stimme  
anzulachen/das es im ganken weiten Wald erschallet. Dieser  
Münch oder Rübenezahl ist niemand anders / als der Teuffel selbst/  
welcher sich in eines Münches Gestalt verkleidet / und solche Sa-  
chen fürnimbt und treibet. *Idem AUTOR loco alio part. 1. pag. 33. h.  
34. a. & pag. 32. b. ex ALEXANDRO ab ALEXANDRO eandem ad-*  
ducit



Cum quæ conferenda sunt, quæ habet SIGISMUNDUS SCHE-  
RERTZIUS in libro *consol. de spectris lit. G. seu part. 3. adm. 2.* ubi tam  
in genere de seductione spectrorum agit, & timidiore homines  
à solitariis profectioibus absterrere conatur, quàm in specie i-  
pſius etiam Rübentzählii, ejusq; frequentioris seductionis mentio-  
nem injicit.

VIII. *Venator tandem evadit Rübentzählius.* Putant vi-  
delicet nonnulli, spiritum hunc olim fuisse virum nobilem, totum  
voluptate venandi in his Silesiacis montibus immerſum, & post  
fata ex isto tempore, in hunc usq; diem, in assiduis venationibus  
circa ista montana occupari. Accedunt alia exempla, quæ ad-  
ducit suprâ citatus HONDORFFIUS *part. 1. prompt. exempl. pag.*  
*290.* ita inquit: *Hieher gehören auch die Teuffels-Jagten / da*  
*die Teuffel in Gestalt und Person derer / die etwan grausame und*  
*unbarmherzige Jäger gewesen sind / zu Nacht und auch bey hel-*  
*lem Tage sich sehen lassen / hehen und jagen: Wie man davon sa-*  
*get / daß etliche Fürsten und grosse Herrn noch heutiges Tages sol-*  
*len gesehen werden / daß sie jagen an Orten / da sie etwan bey ihrem*  
*Leben mit grosser Beschwerung armer Leute ihre beste Lust mit ja-*  
*gen und Wildbahnen gehabt. Also findet man auch auff den*  
*grossen berühmten Wäldern mancherley Gespenst des Teuffels /*  
*da er sich jez in Gestalt eines verstorbenen Jägers / denn in eines*  
*Holz-Försters; bald in eines andern Bauren-Feindes sehen läß-*  
*set / jaget / deutet / hehet / davon ohn Noht viel zuschreiben / sintemal*  
*es nicht unbekandbar / sondern aller Welt im Munde ist. Videatur*  
*etiam CYRIACUS SPANGENBERGIUS in Jag-Teuffel. In agris*  
*nostris Brunopolitanis, quid notius est, quàm spectrum illud, omni-*  
*um ferè incolarum sermone pervulgatam, quod Venatorem no-*  
*cturnum (Nacht-Jäger) vocant? Illud quendâ referre hominem,*  
*præclarâ familiâ ortum, & longè lateq; in omnibus istius regionis*  
*oris notum, qui immensâ præterea venandi libidine flagraverit*  
*vivens, perhibent; nomen etiam illius addunt, de quo*  
*tamen hic tacere præstat, quàm multa dicere. Hunc, quem faci-*  
*unt nobilem & in terrâ pariter & in aëre venantem conspectum*  
*aliquo-*



anqvoties, & aptius etiam auditum, omnes in uribus cives, rurico-  
læ tamen magis, uno confitentur ore; nocturno præsertim tempo-  
re, aurâ tranquilliore existente hujus venatoris adventum, venati-  
corum canum latratûs, eqvorum hinnitus, & cornuum sonus emi-  
nûs accuratè posse auribus percipi, asserentes. Factum etiam non  
unâ vice addunt, ut spiritus hic importunus à petulanti pastorum  
turbâ de noctu, in campis verbis æmulantib; lacessitus & graviter  
qvâsi se offensum sentiens, aliquot frustra eqvini cadaveris ex al-  
tò, magno cum impetu ante provocantium pedes projecerit, hor-  
rendâ simul hâc emissâ voce, *Si venatus mecum es, pradam nunc  
participa.*

IX. Verùm, qvâlis unio inter spiritum & materiã assum-  
tam, tales actiones ex unione resultant: *vera & realis est unio, ve-  
ræ ac reales actiones ac operationes in assumptâ materiã: motus i-  
taq; venatoris hujus verus quidem, sed tantùm localis, non vita-  
lis, cum hîc procedat ab animâ, qvæ facultate gaudet vegetativâ,  
ac intimè cum corpore suo unita est, organisq; movendi debitis  
utitur. Neq; ceteræ actiones, ut clamandi ad modum venato-  
ris, vel si qvas alias edat Rubenzahlius, loqvendi, ridendi, gemen-  
di, vitales verè sunt, cum hæ requirant necessariò corpus organi-  
cum, animam informantem, & organa ritè se habentia, sed illis  
qvâm proximè assimilata: non verè & univocè tales, licet tales vie-  
deantur, sed analogicè. Conferatur SCHOTTUS in *Phys. curios. l. c.  
lib. 1. cap. 9. pag. 31.* & dissertatio Præcellentissimi Dn. PRÆSIDIS de  
*Spectru* sect. II. §. 10.*

SECTIO IV. & ULTIMA.  
SPIRITUS HUIUS APPARENTIS  
AFFECTIONES EXPONENS.  
CAP. I.  
DE  
SPIRITUS APPARENTIS  
ORIGINE.

§. I.



§. I.

**O** Riginem apparentis hujus spiritus meditantes, rapimur in diversum, à diversis rerum gestarum Scriptoribus. Superius diximus *sect. 2. cap. 2. §. 3.* ex *Fechneri* poemate de monte Gigantæo fuisse ipsum *Monychum*; quem alii faciunt præstantissimum inter Gigantes antiquos; alii Centaurorum fortissimum, tanto præditum robore, ut maximis etiam & altissimis terrâ evulsis arboribus armatus, hostes suos invaserit. Testatur de eo *Satyricus JUVENALIS Sat. 1.*

*Quantus jaculetur Monychus ornos.*

Videatur & *CAR. STEPHANUS in diction. Geogr. pag. 739.* Aliis fuisse ipsum Hussitarum principem *RoKezan*; aliis Gigantem *Enceladum*; aliis Magum quendam insignem illuc proscriptum; aliis monachum Italicum *Ron ce Vale*; aliis nobilem Gallicum de familiâ *Ronfefal*; aliis alium in *ὄνοματολογία* satis adduximus.

II. Nonnullis singularis quidam Genius montis istius Gigantæi esse creditur, de cujusmodi Diis tutelaribus sive præstitibus tam apud sacros, quam profanos scriptores multa literis prodita exstant, in primis scriptum eruditissimum *D. DORSII* de hac materiâ copiosè agens, evolvi operæ pretium meretur. Ac ex mente communi Papistarum, in specie Patris illorum *CASPARIS SCHOTTI in Phys. curiosâ lib. 1. cap. 15.* sicuti cuilibet homini certus ad custodiam datus est Angelus seu Genius, qui illi velut custos & comes totius vitæ assistat, qui actionum omnium, ac sempiternæ præsertim salutis curam gerat, qui *Dæmonum insidias & imminentiâ undiq; pericula propulset, animos ad virtutem faciat, timidos confirmet, mœrentes recreet, laborantes adjuvet, lapsos erigat, opportuna monita suggerat, orantibus assistat & eorum preces DEO offerat; qui deniq; perfunditos hujus vitæ casibus & felici morte decedentes, post obitum excipiat, & ad beatorum sedem transferat &c.* ita etiam unicuiq; regioni & loco certi Dæmones tutelares & præsidarii sunt attributi, qui locum istum ab hostium incursionibus defendant, thesauros ibi absconditos custodiant, & nihil non aliud rerum agendarum seduli prospiciant. Verùm cum hæc præter *Scripturæ Sacræ* auctoritatem statuuntur, ac opinio ista de certis Angelis, singulis regnis ac provinciis præfectis, magis ex Philosophiâ



phia Platonica, quam sacra scriptura originem ducat, iudice B. GERHARDO in *disp. Isag. p. 554*, rejicim⁹ facile eam & repudiam⁹.

III. Narrant alii cum vulgo, parente sutore Lignicensi hominem natum, à matre autem sævâ, infantem adhuc, fuisse maledictum, ex quo tempore hoc spectrum in istis montibus apparuisse affirmant, provocantes ad chronicon illud de acerrimo illo praelio Lignicensi conscriptum. Invaluit quidem heu! nimium dirus penes Christianos imprecandi mos, nec desunt, qui illius præsentissimum ex monumentis exemplorum effectum comprobare sustinent. Memorabilis inter cæteras extat historia apud STUMPFIIUM in *chron. Helvetiæ* citante eam DELRIO *lib. 2. disquis. Magic. quest. 12.* his verbis: *Circa annum Christi 1520. Basileæ quidam sartor, nomine Leonbardus, aliàs Lienimannus dictus, homo ingenio simplex, voce balbus, incertum quâ arte, cryptam illam, quæ Augusta Rauracorum patet, ingressus, & ulterius, quàm ulli aliis unquam potuerant, progressus, miranda quædam spectra referebat. Cereò consecrato accenso in cryptam descendens, primò per ferream portam se transivisse ajebat: indè ex unâ concameratione in aliam, atq; etiam in hortos pulcherrimos virentes. In medio aulam magnificè ornatam spectari, & virginem formosissimam pubetenus, aureo diademate caput cinctam, crinibus solutis, infernè in horridum serpentem desinentem: à quâ manu ad scrinium ferreum deductus fuerit. Serinio duos molossos nigros incubare, & terribili latratu accedentes arcere: at virginem minabunda similem eos compefcere. Tum clavium fasce, quem collo alligatum gestaret, soluto, arcam recludere, & omnis generis munuscula, aurea, argentea, ærea depromere: quorum non pauca liberalitate virginis ex ipsâ cryptâ se retulisse ostendebat. Addebat, virginem narrare solitam, diris imprecationibus sese, cum regio esset orta stemmate, jam olim devotam, in tale monstrum mutatam fuisse; neq; aliam salutis recuperandæ rationem superesse, quam si ab illibati pudoris adolescente ter deosculata fuisset, tunc enim formam pristinam sibi restitutum iri, & dotis nomine thesaurum omnem, qui eò loci lateret, liberatori cessurum. Affirmabat quin etiam, bis sese virginem deosculatum; bis tam horribiles gestus in eâ præ gaudio sperata liberationis observasse, ut sibi, ne vivus ab eâ discerperetur,*

D

met.



metuendum fuerit. *et quoniam* *non* *numquam* *postea* *aditum* *ad* *cryptam* *invenire* *potuit,* *nedum* *ingredi*  
Hactenus DELRIUS ex citato chronographo. In quam rem  
SCHOTTUS in *Phys. curios. lib. 1. cap. 33. §. 3.* inquit: *Omnia* *hac* *aut*  
*fabulam,* *aut* *falsitatem* *spirant,* *aut* *Damonis* *fraudem,* *volentis* *illibati*  
*pudoris* *adolefcentem* *perducere* *in* *ruinam.*

IV. De Melusinâ, Helmæ regis Albanorum & Nymphæ  
Persinæ filiâ, Reymundi, Comitiss Lützelburgensis conjugæ im-  
precationibus devotâ Francorum referunt historiæ; ZEILERUS  
item in *itinerario Gallie cap. 5. pag. 277. 456.* Simile quid narrat  
de Andegavensis familiæ stemmate POLYDORUS VIRGILIUS  
*lib. 13. Hist. Angl.* & alterius cujusdam ex Galfrido VINCENTIUS  
BELLOU *lib. 3. cap. 26.* & de aliis, quos citat, SCHOTTUS in *Phys.*  
*curiosâ lib. 1. cap. 22.* Equidem juxta Ecclesiasticum *cap. 3. Benedic-*  
*tio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat*  
*fundamenta;* & vota juxta parentum in terris facta, pondus habere  
in cœlis, non negabimus temerè, docente Scripturâ Sacrà non  
minus, ac probantibus exemplis sacris, profanisq;. Fidem autem  
superant nostram, si mutantur species, & inter se miscentur, si natu-  
ra hominis de sede suâ turbatur, & corpus vertitur in spiritum aut  
Spectrum.

## CAP. II.

DE

# ANTIQUITATE.

§. I.

NON insolens quidem, spectra in locis quibusdam diu com-  
morari, ibiq; partim semper, partim certis & distinctis tem-  
poribus, modò unâ eademqve, modò mutatâ formâ apparere,  
cujus generis ex multis aliis sunt hæc potiora sequentia: (I) Gil-  
bertus, Magus quidam in Ostrogothiâ in cryptâ subterraneâ, de  
quo AUTOR ANONYMUS *histor. mirabil. de spectris part. 1. pag.*  
*108. b. 109.* ex OLAI MAGNI *lib. 3. cap. 20.* (II) Vulcanus cum Cy-  
clopibus suis in monte Æthnâ Siciliæ, visus mercatori cuidam Si-  
ciliensi noctu iter facienti, Anno Christi 1536, ut habet *Kaue in*  
*memorabilibus cap. 89. pag. 72. de hominibus ignitis.* (III) Spectrum  
fomi-



familiae apparens, antequam una ex conjugibus dominorum illo-  
 rum e vita decedat, ut scribit CAMERARIUS *cent. 1. oper. succiv.*  
*cap. 73. pag. 337.* nec non SCHERERTZIUS *in libello consol. de spe-*  
*ctris admon. 8.* (IV) Pilatus circa lacum ipsius nomine insignitum,  
 in monte fracto Helvetiorum, tam mirabilis naturae, ut, quoties  
 quis vel tantillum ex praemeditato consilio injiciat, tempestates  
 horrendas, & toti finitimae regioni perniciosissimas excitet, de quo  
 ANDREAS LIBAVIUS *part. 2. pag. 197.* D. BERTRAMUS *in notis*  
*ad Matthaei caput 27. v. 2. pag. 779.* HENRICUS KORMANNUS  
*in monte Veneris cap. 82. pag. 393.* JOACHIMUS VADIANUS, *Con-*  
*sul Gallensis, in libr. 1. Pomponii Mele.* JOHANNES STUMPFIIUS  
*in chron. Helvet. lib. 7. cap. 5.* aliiqve. (V) Vetula nobili cuidam  
 familiae Parmensi Tortellorum, quoties quis ex ea moriturus est,  
 sub camino conspici solita, juxta AUTOREM ANONYMUM  
*histor. mirabil. de spectris part. 1. pag. 3, 4.* & KORMANNUM *de*  
*miraculis mortuorum part. 4. cap. 57.* ex CARDANI libro *de variet.*  
*rerum.* (VI) In aulae Electorali Saxonicae monachus; in Brande-  
 burgicae foemina albis vestimentis induta apparent hodiernum,  
 quoties fata Illustrissimarum personarum instant. (VII) De virgi-  
 ne ethnica in arce Glaciensi, Comitatus cujusdam Silesiae agit co-  
 piosè M. GEORGIUS AELURIUS *in Glaciographia lib. 3. pag. 124.*  
 & seq. illamq; in una & altera circumstantia cum Rûbenzahlio  
 dicto comparat. (VIII) De Virgine Basiliensi subterraneae egi-  
 mus supra §. 3. cap. preced. ejusq; historiam, ut citavit DELRIUS  
*lib. 2. disquisit. Magic. quest. 12.* ex STUMPFII *chronico Helvetiae* in-  
 tegram adscripsimus, (IX) Asinum tripodem, Lipsiae comparen-  
 tem, ejusqve originem describit pluribus D. HEIDENRICHIUS  
*in chronico Lipsiensi.*

II. Horum etiam numero, nemine reclamante adscribi o-  
 ptimo jure meretur Rûbenzahlius, montium horum Sile-  
 siorum inhabitator antiquus; quo verò praecise seculo apparere  
 in his montibus coeperit, determinare ac definire certò, nobis  
 haud integrum est. Per decursum tamen nonnullorum seculo-



rum jam dum sedem suam ibi fixisse statuunt communiter. videntur autem *autores Prætoriani citati l.c. pag. 194.* Hoc etenim Dæmoni familiare est, sæpe incolere loca quasi propria ; sæpe ad tempus commorari, sedesq; pristinas deserere.

III. Qui animo suo persvaserunt, pelli hunc spiritum vel herbis, fumo, odore, lumine, accensoq; igne, vel aliis ceremoniis, quibus addicta nimium Papalis coronæ mancipia, vani sunt, absurdi, nulli: respuit media illa tanto spiritu indigna potens Dæmon, irridet cruces, signa, characteres. Et quod si interdum ad malefanorum istorum hominum votum se componat, illorumque ausis cedat, simulat se vinci, quò vincat miseros eò facilius, in superstitione firmet mentes, & per illa illegitima media à DEO magis abducatur. Nulla fides penes mendaciorum patrem: nulla intentio promovendi salutem penes damnatum, cum damnatus ille omnes velit damnatos: nulla vita penes autorem cædium, Pater ex eo de facili, an plausum vel rilum mereantur, quæ dedit PRÆTORIUS Lipsiensis in *Dæmonologia sua part. 3. pag. 1. & seqq.* de Rübenthalio, nempe Ephorum eum egisse Anglicæ pubis Cromwellianæ, post Senatorem intimum, & consilia dedisse sub tali personâ ad Regicidium committendum, quo facto, & parricidis in justam poenam vocatis abiisse, locumq; concessisse recens creato Regi, cum istâ illatione, prudentiam admirandam Cromwellii ex hoc ortum traxisse suum.

### CAP. III.

DE

## UBIETATE.

§. I.

UBI, quod occupare potissimum spiritus hic perhibetur, est Mons in Silesiâ altissimus, incolis cognomento Gigantæus dictus, & divite venâ metalli aurei, & spectro hoc præ cæteris maxime notus. Suprà citatus *Clariss. M. CAROLUS ORTLOBIUS, Olsna Silesius in disput. de spectris §. 31. incisi 2.* ita de eo: *Mons est, qui Bohemiam habet collimitaneam, Gigantæus accolis dictus. Hujus sublimi*



ledatur, nomen ejus tritum *Niebezahl*. Idem etiam in *disputa-*  
*tione chorographica de Silesia §. 14. sect. 1. EXTERIOREM*, inquit,  
*Sileham meridiem versus cingunt montes Sudeti* ( q. d. Germ. *Südo-*  
*öst* ) *pars celebratissimorum illorum Hercinia saltuum, montiumq;*  
*quorum* & PTOLOMÆUS lib. 2. cap. 11. PLINIUS libr. 16. cap. 1.  
 & 11. lib. 4. cap. 14, DIODORUS lib. 5. STRABO lib. 7. AMMIAN.  
 MARCELL. lib. 21. imò CÆSARE lib. 4. belli Gallici teste, ERA-  
 TOSTHENES, ante hunc autem APOLLONIUS RHODIUS in 4.  
 Argon. & ante hunc etiam ARISTOTELES lib. 1. Meteor. qui scribit  
*αὐχὺνιοὶ ὄρει*, meminere: prolixius ea deducente CLUVERIO *γερ-*  
*μανία* *ἰστορία* laudati lib. 3. Germaniæ antiquæ cap. 47. Vocantur  
 & *Riphei, Gigantarii, Cerconesi, Niviferi*, das *Böhmische Riesens-*  
*Schnee-Gebirge Germanis*. In his vertice elato præ cæteris super-  
 bit mons *Gigantæus*, duplici præprimis nomine celebr, divite metalli  
 venâ, & *spectro*, incolis *der Niebezahl dicto*, de quo extat egregius  
*discursus*, lib. 4. Sylv. poet. in *Nymphâ Herciniâ OPITII*, sub per-  
 sonâ magna *Witteberga nostra oratoris vatis* & *luminis AUGUSTI*  
*BUCHNERI*, multa item apud HENELIUM *Silesiographum* cap. 1. pag.  
 6. SCHICKFUSIUM lib. 4. cap. 2. pag. 11. & 17. *Mons hic, uti & Sabo-*  
*tus, Silesiorum audiunt prænuntii tempestatis, quippe qui capita fumis*  
*tristioribus obnubentes, pluvias propinquas designent*. Hactenus  
 ille.

II. Ejusdem etiam montis, illiusq; incolæ spiritus, multi su-  
 bindè alii præter citatos mentionem faciant autores. HENELIUS  
 in *Silesiographiâ* pag. 6. scribit: *Gigantæus mons, propriè der Rie-*  
*senberg | auro, argento, ere, gemmis gravidus sed in quem avaritia, quæ*  
*mortales etiam ad inferos agit, nescio an difficiliore elevatione, an aliis*  
*causis deterrita minus penetravit: obversantis præterea montani De-*  
*monis terrore, & mirandis visis decantatus. Nostratibus der Nie-*  
*bezahl vulgò dicitur. Deindè SCHWENCKFELDIUS d. l. Riesenzahl*  
*qui frequenter ad Gigantæum montem oberrare solet. Item ÆLU-*  
*RIUS d. l. pag. 129. Et iterum SCHWENCKFELDIUS part. 4. describe-*  
*t hermarum Hirsbergensium, & copiosius SCHICKFUSIUS lib. 4. chron.*  
*Siles. cap. 3. pag. 11. & 12. Quæ tamen iisdem ferè verbis habet et-*



*Geograph. Silesia*, ex quo fortè mutuatus hæc videtur SCHICKFUSI9, vixit & scripsit hic enim Anno Christi 1625; ille vero 1600.

III. ZEILERUS eadem habet *in Germaniâ part. 1. lib. 4. pag. 115.* quæ suprâ ex istius Silesii, *Maximè Reverendi M. CAROLI ORTLOBI disputatione chorographica de Silesiâ* adduximus, inqviens: *Quos montes alii Riphæos, Gigantæros vel niviferos, das Böhmishe Niesen oder Schnee-Gebirge vocant &c. immensos valdè & abundantes spectris Diabolicis, quæ incola Niebenzahl vocant, de quo HENELIUS in Silesiographiâ cap. 1. & SCHWENCKFELDIUS part. 4. description. therm. Hersbergensium Silesiæ legi possunt. VECHNERUS itaq; in breviario Germaniæ pag. 158. toto aberrare cœlo videtur, quando hunc montem Gigantærum à spectro in illo versante Niebenzahl vocatum autumat, dum sic scribit: Ducatum Silesiæ separat à Bohemiâ vulgò das Böhmishe Niesen oder Schnee-Gebirge / inter quos eminet der Niesenberg / Silesiâ Dialecto der Niebenzahl / à Demone montano ibi obversari solito propemodum famosus.*

IV. Præter talem thesaurorum abundantiam, & spiritûs hujus præsentiam, aliis etiam, quibus benigna supremi Numinis providentia dotavit dotibus, mons hic apud scriptores celebris. Duobus potissimum lacubus pisciferis esse irriguum, scribit SCHWENCKFELDIUS *in therm. Hirsbergensibus pag. 162.* item *in Geographiâ Silesiæ.* Idem Autor *in therm. Hirsberg. pag. 162.* facit etiam mentionem multorum circa, radices hujus montis prorumpentium fluviorum, inter quos tamen Albis celeberrimus, & nostris oris maximè notus. Esse etiam hujus montis apicem ut plurimum tempestatis prænuntium, testatur HENELIUS *d. l. in Silesiographiâ,* nec non SCHWENCKFELDIUS *in Geograph. Silesiæ,* inqviens: *Vulgus ex hoc signa tempestatum & serenitatis petit: ea propter ventorum, tempestatumq; quasi index ac monstrator, der Schlesiæ Wetterzeiger vocatur.* Nivosum semper propter insignem altitudinem esse perhibetur; nec minoris laudis hoc, quod varias ad medicinam proferat herbas præstantissimas, quarum descriptionem pluribus



in thermis Hirsbergensibus.

V. In proprio montium horum Riphæorum nomine indagando curiosi quidam sunt autores, & sibi contrariantur. A Gryphibus quondam esse inhabitatos, ab iisq; nomen traxisse quibusdam probabile videtur, rejiciente tamen contra tanquam purum putum figmentum hanc de Gryphibus relationem, *AUTORE rerum naturalium & artificialium de Sinâ & Europâ cap. 45. pag. 810.* neque enim ullam unquam in illis, præter Lyncem fuisse deprehensam feram, asserit *SCHVVENCKFELDIUS in therm. Hirsberg.* A Gigantibus olim incolis etiamnum hodiè retinere nomen credit *AUGUSTUS ETZLERUS in Isagoge Physico-Magico-Medicâ cap. 1 pag. 4.* scribens: *MONTES Saturni sunt: Huc quoq; Gigantes pertinent, qui magna & procera statura montana loca incoluerunt, sicut in Silesiâ montano tractui nomen indiderunt, quod ibi olim habitarent Gigantes, ubi & crania majora reperiuntur: sicut in Thessaliis montibus sæpè tempestate detectâ terrâ, maxima & hæcæ inveniri testantur historici.* Et *PLINIUS* asseverat, in Cretâ insulâ montem quendam concussum corpus detexisse humanum quadraginta cubitorum longitudine, & in eadem insulâ cranium dolii magnitudine effossum fuisse, *SABELLICUS* testatur; sicut in Sacris *Jos. II. cap.* Josua extirpat *Enakim*, i.e. Gigantes, in montanis locis habitantes uti etiam *cap. 14. & 17.* montes incolere dicuntur. Et *Satræ* editos montes incolentes omnigenis arboribus ac nivibus obsitos, apud quos oraculum *Dionysii* est in editissimis montibus, teste *HERODOTO lib. 7.* Innuere etiam hanc montium Riphæorum de Gigantibus, & Gigantomachiâ in illis olim factâ denominationem videtur præter *FECHNERUM in descript. montis Gigantæi* Germana *Siren & Schlesiaca Peitho* *MARTINUS OPITIUS lib. 4. Sylv. poet. pag. 278.* sub personâ *Nymphæ Herciniæ*, & paulò post *d. l. p. 288.* *PRÆTORIO LIPSIENSI* montes Riphæi creduntur dicti à voce Saxonica *Reip. h. e. Reiff* seu pruinâ, quod illorum vertex propter frigoris vehementiam pruinâ semper & nive tegatur. *D. LYSERUS in Noacho ad cap. 10. Gen. pag. 392. §. 2.* à populis Riphæis dictos existimat, inquit: *Riphat i. e. Gigantes. Hic ultra Magogum versus septem.*




Septentrionem progressus, ad extremam usq; regionem aequilonaribus  
frigoribus obnoxiam penetravit; Ripheamq; gentem de suo nomine  
fundavit: unde etiam Riphai montes apud scriptores sunt celebratis-  
simi, & appellatio locorum commonstrat, denotari hac gente Sarma-  
tas, & inter Sarmatas gentem Henetam, sicut & PTOLOMÆUS Sar-  
matarum gentem maximam facit Henetos. Vide eadem apud  
SCHICKFUSIUM in chron. Siles. lib. I pag. 12. Confer BECMANNUM de  
originibus Latina lingvæ pag. 204, 205. Item CAROLUM STEPHA-  
NUM in diction. Geograph. pag. 996. qui putat ἀπὸ τῶν ῥίπαιδων,  
h. e. à flatuum vi deduci, quod ibi (in montibus septentrionalibus  
Scythiæ) vehementissimi esse dicantur Boreæ flatus.

VI. Verùm si nostram licet interponere opinionem, nos  
posteriori huic Lyseri sententiæ calculum adderemus, & originem  
vocis à Riphæis populis deductam approbaremus, quæ & placet  
CURÆO in chron. Siles. part. I. pag. 10. 11. ubi hunc in modum loqui-  
tur: Ex filiis Gomer quidam etiam vocatur Riphat, à quo originem su-  
am trahere perhibentur gentes hyperboreæ, quæ Ripheos inhabitant  
montes, alio nomine vocantur etiam Sarmata. Probè autem hinc no-  
tandum est, quod Josephus scribit, Ripheos esse Paphlagones & He-  
netos: in hoc enim consentit cum Ptolomæo, qui ait: Sarmatarum  
maximam partem esse Henetos; ideoq; ex Asiâ ad septentrionales regio-  
nes, Rusiam nempe & Mostoviam migrarunt. Idem CURÆUS  
l. c. part. I. p. 23. putat, hos fuisse vocatos Polonos, h. e. in planitie habi-  
tantes, in respectu illorum, quos Ripheos h. e. ad montium radices ha-  
bitantes appellarunt. Riphai enim magis ultrâ, & in montibus, Po-  
loni autem magis citra ad pontum Euxinum versus meridiem habitao-  
bant. Multi ex Riphæis antiquis cum Zecho in Bobemiam profecti  
sunt, à quibus (quantum conjecturis assequi licet) montes Bohemici  
postea à Riphæi montes, sive das Riesengebirge vocati sunt, quo nomine  
hodie verò gaudent montes finibus Silesiæ proximè adjacentes; hiq;ve  
sunt, in quibus familiaris hic spiritus suum tenet domicilium. De  
quo hæc rudi, ut ajunt, Minervâ, mei me ingenii modulo metiens,  
differuisse sufficiant. Majora expectanda à majoribus: mihi in  
magnis voluisse, SAT EST.

SPIRITUI OMNI-  
POTENTI, PRÆSENTI, SCIENTI,  
LAUS, HONOR, GLORIA  
ÆTERNUM!




  
IMpia Silesiæ spectra & portenta recensēs,  
Terrorem agricolis ingeniisq; crucem.  
Ardua res, Satanæ sic posse revellere larvam,  
Et facie fraudes prostituisse suâ.  
Pergito. Majores retegēs (sic auguror) olim  
Dæmonii technas, infidiasq; mali.

*Honori eruditiss. Dni. Resp. Amici & Auditoris  
estimatisimi debuit*

SAM. BENEDICTUS CARPZOVILIS.

Poëtes P. P.

  
Silesium spectrum Vitebergæ sistis, Amice,  
Et mille-artificis facta Riibenzahlîi.

Quid dicam? Catus est, atri qui Dæmonis  
astus

Noverit, & tristes oderit usq; dolos.  
Proporrò studiis clementia Numinis adsit,  
Ne variâ Satanas arte nocere queat.

Doctissimo & pietatis studiosissimo Dno Respon-  
denti, Amico & inquilino suo colendo  
gratulaturus scribebat

M. CASPARUS Schmiedt /

Diaconus Witteberg.

E

Insecte



■ Nostræ stitit cathedræ;  
Tu spectra prodis Slesica  
Exercitatione.  
Quid augurer? Quid gratuler?  
Quæ vota utriq; pangam?  
Absint, precabor patriæ  
Insecta, spectra quævis:  
Insecta, quæ mittit Papa,  
Et spectra, quæ - - -

*Honoris & Amoris testandi gratiâ scrib. Eximio  
atq; Doctis. Dn. Respondenti  
limata disputationis auctori,  
amicissimo Fautori*

M. JOH. SIM. Schernhauer/  
Diac. Substit. Eccl. Witteb.

An  
Herrn Völckerlingen /  
Seinem fleißigsten Zuhörer und sonder-  
bahren Freund.

I.

**S**chwingt dein frommer Geist sich zu den Wol-  
cken hin/  
Und dringet unverwandt in derer Geister  
Wesen /

Es giebt mit grossen Ruhm dein wollgeübter Sinn  
Vom Kübezählens Thun der Nachwelt hier zulesen

II.

Es hat dein reiner Geist die Vaterstadt beschrieben  
In ihrem ganzen sein und wolgefahre Standt:  
Minere



Nun macht Sophia dir ein hohes Ehren-Band.

III.

Der Geist von Ewigkeit beherrsche deinen Geist /

Und lasse deinen Fleis zum grossen Nus gelangen :

Wenn einen Geistlichen man mit der Zeit dich heisst /

Wad von Eusebie den Lohn wirst bald empfangen.

gab dieses in gestützelter Eil

Simon Friederich Frenzell /

der Philosoph. Facultät Adjunct.

---

NON tot fugaces finxerat formas sibi  
Proteus; quot ora Slesis monstrum jugis  
Obvertit: aciem sic tamen mentis Tuæ  
Fraudare, VÖLCKERLINGE, nescium. vafram  
Aggrederis Hydram; flammeo indolis domas  
Vigore; circo Palladis sistis. neci  
Datam probrosæ. Major Herculis manet  
Te palma, in unico quod omnes illius  
Labore viceris, levi pennâ modò.

*Erudicis. DN. AUCTORI, Amico honoratiss.  
gratulab.*

M. GEORIGUS FRIDERICUS MAGNUS,  
Posoniõ Hungarus.

---

Dum rarum doctis quid VÖLCKERLINGIUS  
offert

*Preside FRENTZELIO non sine laude viro;  
Rem facit egregiam natura arcana peragrans,  
Ac monstrat variis incubuisse libris.*

*Ergò*



*ERGO JURE DONOR, CUM MOX JURA TEMPORE CUM  
get*

*Lethæis mergi nescia laurus aquis.*

Hisce paucis Præximum Dn. *RESPONDENTEM*,  
dilectum quondam Commensalem  
prosequi debuit

M. JOHANNES GEORGIUS *Frenkel*/  
Ratisbonensis,

Ad

*Præstantis. atq; Pereximum*

DN. VÖLCKERLINGIUM,

Conterraneum atq; Contubernalem

suum haut ita pridem

Svavisimum,

*de Spectro illo in Silesiâ notissimo*

*publice disputantem.*

**P**Lura canant alii, meum erit superaddere pauca,  
ferreque CONCIVI vota precesque meo.  
Idcirco ex animo tantos congratulor ausus,  
Dum cathedram scandis, faustaque cuncta precon.  
Euge, feras quondam Musarum præmia; TE, opto,  
Impediat nullis fors inimica malis,

*Hæc pauca Amoris atq; honoris  
orgo L. M. Q. scribebat*

P. R. B.





94 A 7382

ULB Halle

3

002 183 692




Sb.

VD 17

21,7.99 Bd.









10  
64  
SANCTISSIMO ADSPIRANTE  
SPIRITUM!

DE

# SPIRITU,

IN MONTE GIGANTÆO SILESIIORUM,  
QUI VULGARINOMINE, Rubezahl NUNCU-  
PATUR, APPARENTE,

SUB

PRÆSIDIO

PRÆCELLENTISSIMI atq<sup>ue</sup> PRÆCLARISSIMI

DN. M. SIMONIS FRIDERICI  
FRENTZELII,

Amplissimæ Facultatis Philosoph. Adjuncti meritis-  
simi, Præceptoris sui omnis observantiæ  
cultu colendi,

Verba factururus in publico

AUTOR & RESPONDENS

VALENTINUS VÖLCKERLINGIUS,

Brunsvicensis Saxo,

Ad diem XII. Novembr. Anno M. DC. LXXIII.

ATHENIS LEUCOREIS,

In Auditorio Majori.

Literis JOHANNIS BORCKARDI, Acad. Typogr.

(Wittenberg)